Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36533
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



69

nomine in nomine tuo pphetauimus. et in nomine tuo demonia
eiecimus. et in tuo nomine uirtutes multas fecimus. et tu confite
bor illis. quia nunquam nouit uos. discedite a me qui operamini in
iquitate. Qua nimirum sententia quid datur intelligi. nisi ut inom
nibus karitatis humilitas. non autem debeant uirtutum signa uenera
ri. Vnde nunc sancta ecclesia cuia siqua fiant heretico. mira
cula despicit. quia hec scitatis specie non re cognoscit. Probatio
quippe scitatis non est signa facere. sed unusquisque ut se diligere.
de do autem uera. de proximo uero meliora quam de semetipso senti
re. Hanc quia uera uirtus in amore est. non autem in ostensione mira
culi. ueritas demonstrat que ait. in hoc cognoscent omnes
quia mei estis discipuli. si dilectionem habueritis ad inuicem.
Qui enim non ait in hoc cognoscent quia mei discipuli estis si signa
feceritis. sed ait. si dilectionem habueritis ad inuicem. Apte indi
cat. quia ueros dei famulos non miracula. sed sola caritas probat.
Testimonium quod supra discipulatus. et donum fraterne dilectionis.
Quam uidelicet dilectionem quia omnis heretici habere refu
gium. dum abuniuersalis ecclesie unitate diuidunt. iuxta de
eis dicitur. quod uirtus manuum erat in pnichulo. et quia ad eade
signa que exhibent nulla humilitate concordant. recte sub
dictum est. Et uita ipsa putabant indignum. uel certe omnes hereti
cos sancta ecclesia uita ipsa fatetur indignos. quia nimirum sub no
mine xpi mutant contra nomen xpi. Per quibus adhuc subditur.
Egestate et fame sterilis. omnis heretici dum in sacro eloquio
plus secreta dei student perscrutari quam capiunt. fame sua
sterilis fiunt. Hec quoque ea querunt ex quibus semetipsos ad hu
militatem erudiunt. mores in tranquillitate disponant. pa
cientiam seruent. longanimitatem exhibeant. et ea solum modo
que eos doctos ac loquaces demonstrent. illa scire appetunt
ex quibus singularitatem uidentur. Plerumque enim audacter
de natura [illegible] diuinitatis tractant. cum semetipsos
miseri nesciant. Egestate quoque ac fame sua sterilis fiunt. quia